

Band V., Nr. 1360, Seite 128

Papst Alexander IV. bestätigt die dem Kloster Rechentshofen von dem erwählten Bischof und Kapitel zu Speyer erteilte Bewilligung, die Einkünfte der Patronatskirche desselben in (Hohen-)Haslach unter Vorbehalt der Kongrua für einen ständigen Vikar sich einzuverleiben.

Anagni, 1255. September 30.¹

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii Corone sancte Marie, Cysterciensis ordinis, Spirensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Religionis vestre meretur honesta[s], ut vos sincera diligentes in domino caritate apostolice sedis gratia prosequamur. Sane peticio vestra nobis exhibita continebat, quod dilectus filius electus et capitulum Spirense, attendentes vos, cum sitis nova plantacio, defectum rerum temporalium sustinere, vobis pia et unanimi liberalitate ac provida concesserunt, ut ecclesie de Haselach, Spirensis diocesis, in qua ius patronatus habetis, cedente vel decedente ipsius rectore possitis possessionem eis irrequisitis ingredi et illam in usus proprios retinere, sustentacione congrua de proventibus eiusdem ecclesie reservata perpetuo vicario, qui pro tempore fuerit in eadem, ad debita procuracionum episcopi et archidiaconorum ac alia onera subeunda, prout in litteris inde confectis plenius contineri. Nos igitur vestris supplicacionibus inclinati, quod ab eisdem electo et capitulo pie ac provide factum est, in hac parte ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Anagnie, II. kalendas Octobris, pontificatus nostri anno primo.

—

Nach dem Kopialbuch des Klosters Rechentshofen aus dem 16. Jahrhundert, S. 43.

¹Vgl. zur Datierung die Urkunden Nr. 1341 (WUB, Bd. V, S. 105), Nr. 1345 (WUB, Bd. V, S. 110), Nr. 1346 (WUB, Bd. V, S. 111) und Nr. 1354 (WUB, Bd. V, S. 121).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 202, S. 43

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 4, S. 434 (Auszug, mit falscher Datierung).

Regesten:

Potthast: Regesta pontificum, Bd. 2, S. 1318, Nr. 16028.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Anagni

Aussteller:

Alexander IV.; Papst

Ortsindex:

Anagni, Latium, Italien

Hohenhaslach Wohnplatz (1141)

Hohenhaslach, Sachsenheim, LB

Rechentshofen Wohnplatz (1150)

Rechentshofen, Sachsenheim, LB

Speyer, SP